



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmmvla Caietani**

**Cajetan, Thomas**

**Antverpiae, 1575**

Pollutio dupliciter consideratur, scilicet vt voluntaria, & est peccatum:  
in inuoluntaria, & vt non est peccatum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41716**

rationi. Tuxta materiam autem subiectam iudicandum est de mortali: si scilicet contra aliquid necessarium ad salutem trahit & dicit iuxta regulas de negligentia.

*Prædo marinus grauiſſimo peccatorum,  
vinculo tenetur.*

Pirata (hoc est prædo marinus) contra humani generis pacem manifestè agit: & est in statu damnato. Quomodo autem sint piratæ excommunicati, habes suprà, excommunicatio.

*Hominibus placere studere an sit  
vitiosum.*

Placere hominibus peccatum tunc solum est, quum propterea à recta ratione disceditur. Mortale autem est tunc tantum, quum propterea dilectionem Dei aut proximi postponimus. Quod tunc tantum incurrimus, quum propterea diuina aut humana præcepta transgredimur: ut quum ministri principis vt placeant illi non curant offendere proximos: vt placeant iuncto sanguine vel amicitia, negant iustitiam: aut opprimunt alios faciendo vel loquendo, vel tacendo & sic de aliis. Frequensque hoc videtur vitium paruipendentium illud Apostoli: Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem.

*Pollutio dupliciter consideratur, scilicet ut  
voluntaria, & est peccatum: in inuolunta-  
ria, & ut non est peccatum.*

Pollutio (qua semen humanum solitariè funditur) si non est voluntaria, siue in somno siue in vigilia, sit peccatum non est. Si autem est voluntaria, peccatum mortale est, & est ynu de peccatis contra naturam,

## 456 Præcepti transgres.

turam, & vocatur mollities. Est autem voluntaria non solum si sit procurata, sed etiam si ex se venienti consensus præbetur, & etiam si quoniam potest & debet persona prohibere, non prohibet, prius enim duobus modis est voluntaria directè, tertio autem est voluntaria indirectè. Dixi autem si potest & debet: quia ad indirectè voluntarium culpabile, requiriur verunque simul s. quod possit & debeat. Nam si non potest prohibere, quia natura facit opus suum, constat non teneri, si similiter si possit impedire tollendo occasiones, & tamen non tenetur illas tollere, non est in culpa.

Et hinc doctores & confessores vacantes cogitationibus vel auditionibus operum turpium intuitu pietatis, non peccant subsequentibus corporalibus pollutionibus contra eorum voluntatem: quia licet possint, non tamen debent subtrahere se ab operibus sanctis, propter huiusmodi quæ sequuntur ex necessitate materiæ. Et de similibus idem est iudicium. De hoc diffusè scripsi in quid libero primo.

Personæ verò quæ sine rationabili causa manent voluntariè in cogitationibus turpibus aut conuersationibus ingerentibus sibi huiusmodi commotiones, quia possunt & debent tollere tales occasiones, incur runt voluntariam pollutionem, nisi inadvertentia excusat: quia volendo illas illicitas, pericolosas & sibi notas causas pollutionis propriæ, conuincitur velle culpabiliter ipsam pollutionem earum naturalem effectum.

*Transgressio cuiuslibet præcepti liciti &  
honesti peccatum est.*

Praecepti transgressionem peccatum esse constat. Sed quia præcepti nomen ut distinguitur contra consilium, confusum inuenitur (dum quandoque proprio